

Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quæcumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

Caput XXVIII. Aliud.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

CAPUT XXVIII.

Aliud.

Isai. 9. v. 5. Juxta LXX. **Q**UONIAM omnes stolam dolo congregantur, & vestimentum cum commutacione reponent, & volent, si fuissent isti combusi; quoniam per unius natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius principatus factus est in humero ejus, & vocatur nomen ejus magni consilii nuntius. Audis, quod puer nominatus sit, quodque generationem sit nostra similem passus. At eum puerum celum per stellam clarissimam indicavit, magi adoraverunt ex ultimis terrae limitibus adventantes, angeli pastorum evangelizabant, salvatorem esse natum dicentes, & pacem, necnon etiam Patris bonam voluntatem annuntiantes: *Est magni consilii nuntius. Manifestavit etenim nobis Patris voluntatem, qui in eo complacuit orbem salvare terrarum, & per ipsum & in ipso mundum sibi reconciliare: Christus enim reconciliati, Deo sumus reconciliati, Deus est enim vere Filius Dei & Patris. Quodnam igitur sit Patris consilium, cuius nobis fuerit nuntius, ipse docebit dicens: Ita enim dilexit Deus mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat; sed habeat vitam eternam. Filius autem unigenitus ille est,*

*Col. 1. v. 10.**Ioan. 3. v. 16.*

qui est ex sancta virgine procreatus: ipsum enim Verbum homo factum, quod fuit Deus in carne, ac sic terrenis apparuit. Denique dicebat: *Qui credit in me, habet vitam eternam. Quod vero per ipsum & in ipso credamus Patri, explanavit dicens: Qui credit in me, sed in eum cum qui misit me, loan. 12. v. 44: sit me; &: Qui videt eum, qui misit me, 16d. v. 45.*

Audite me insulæ, & attendite gentes. Post Isai. 49. v. 1, multum temporis Habit, dicit Dominus; ex Iuxta LXX vtero matris, vocabunt nomen meum. Cum Verbum sit Deus, non ignoravit quod generationem patietur, ex muliere incarnatum propter nos. Sciebat autem quod vocabitur CHRISTUS JESUS a Deo & Patre; omnibus nobis novum filii nomen prædicans, quod est benedictum in terra. Observa autem, quod propriam nominer matrem, quæ suum peperit corpus. Ergo si Deum se esse cognoscit, illa quæ cum carnaliter peperit, Θεοτόκος dicitur, & quidem recte: si vero, non est Deus, id quod audacter, imo potius scelerate nonnulli sentiunt; privati oportet ipsam Virginem sanctam, hoc nomine, quo Θεοτόκος esse dicatur.

Apud Photium XVII.

CAPUT XXIX.

*Quod Deus nominatur & homo apparet Unigenitus.**2. Paralip. 6. v. 17. Juxta LXX.*

SALOMON ait orans: *Et nunc, Domine Deus Israel, credibile fiat verbum tuum, quod locutus es puer tuo David. Ergo ne credibile est, quod habitavit Deus cum hominibus in terra? Animadverte, quod miratur Verbi incarnationem: habitavit namque cum hominibus in terra, cum homo est factum, res enim incredibilis videbatur. Alioquin quomodo id præcipuum quiddam sit, vel quomodo id miratione dignum, cum Deus ab his, quæ ipse creaverit, non discedat, fovens ea scilicet, & ea quidem continens, quæ jam facta sunt; ea vero quæ nondum facta sunt, creans. Miraculum autem vera præcipuum, quod in terra cum hominibus habitat homo factus Deus, juxta promissiones jam antea datas divino David scriptum est enim: Intra-*

*vit Dominus David veritatem, & non fru- psal. 131. v. 11. strabitur eum. Quid autem juravit? De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Et vero ille, quamvis credidisset, quod nunquam abneget promissionem Deus omnipotens; tamen ipsum generationis locum curiosius inquirebat, ideoque dicebat: *Si ascendero super lectum strati mei, ibid. v. 5. si dedero somnum oculis meis, aut palpebris meis dormitionem, aut requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Deinde cum id quoque per spiritum reperissem, & carnis generationis Unigeniti locum cognovisset, evangelizabat, & dicebat: Audivimus eam in Ephrata, id est, in Bethlehem; invenimus eam in campus silva. Quod vero dicens Ephrata, significet Bethlehem, propheta comprobavit:**